

parabolam illam Chitilus significare tantum voluit, Deum gravissime offendi ex eo quod nolimus remittere injurias nobis illatas, & peccatum illud immiseri cordis severissime punire, juxta illud Jacobi 2. *Justitiam sine misericordia illi qui non facit misericordiam*. Id est iudicium durissimum illi fiet. Quo documento plurimam egebant Iudei, vindictae cupidissimi.

18 Ad sanctos Patres respondeo eos loqui de reatu peccatorum, quoad circumstantiam ingravitatis, modo in secunda conclusione explicato: vel de redditu peccatorum quoad culpam & poenam aequivalentem; quia per subsequens peccatum contrahitur poena aeterna sensus, & privatio ejusdem beatitudinis obiectiva, juxta quem sensum, ut supra annotavimus, explicatur illud Jacobi 2. *Qui offendi in uno, factus est omnium reus*.

19 Obijciunt secundo: Bona opera per peccatum mortificata, redeunt per poenitentiam: Ergo similiter peccata per gratiam occulta & tecta, redeunt per peccatum subsequens. Antecedens constat ex dicendis disput. sequenti. Consequencia vero probatur, quia non videtur major ratio, cur per poenitentiam redeant merita per peccatum mortificata, & non redeant per subsequens peccatum mortale peccata prius remissa, cum facilis mala reviviscant, quam bona. Unde Deum Ezechiel 18. eodem modo dicit se non recordaturum amplius bonorum operum quae quis, in peccatum cadens, antea egerat; sicut dicit se non recordaturum peccatorum de quibus egerat poenitentiam.

20 Respondeo, concessio Antecedente, negando consequentiam & paritatem; quadruplex enim assignari potest ratio discriminis. Prima est, quia Deus prior est ad beneficiandum & miserendum, quam ad puniendum: & ipse est auctor meritorum, & non peccatorum: unde non mirum, si merita per peccatum mortificata maneant in divina acceptatione, & sublato peccato, quod impedit eorum effectum, reviviscant: peccata vero remissa non maneant in indignatione divina, ut per sequens peccatum mortale redeant in se formaliter quoad culpam, vel poenam aeternam. Quamvis ex parte hominis ad malum proni facilius esset mala reviviscere, quam bona.

Secunda est, quia promissiones debent ample & favorabiliter intelligi, & contra vero comminationes, utpote strictae, debent potius restringi, & intelligi quantum fieri potest, cum moderacione favorabili; Atqui promissio est quod Deus dicit se non amplius recordaturum omnium iniquitatum poenitentis; comminatio vero, quod dicit se non recordaturum bonorum operum iusti in peccatum lapsi: Ergo debent rationabiliter differensimode intelligi, illa quidem amplissime, ista vero cum favorabilis restrictione, Per quod patet ad locum Ezechielis.

Tertia est, quia peccata de facto Deus absolute delet, ut supra ostendimus, merita vero non nisi sub conditione; unde in Scriptura aliter loquitur de meritis & de peccatis; nusquam enim ait merita iusti post lapsum extirpari, aboleri, projici in profundum maris, & similia quae dicit de peccatis per poenitentiam remissis.

Quarta assignatur a D. Thoma in 4. dist. 21. q. 7. art. 1. ad 6. ubi sic dicitur: *Remissio peccatorum est principaliter opus Dei, sed mortificatio meritorum procedentium est opus hominis: Homo autem sua actione non potest evincere peccatum peccatorum annullare; potest autem sua actione evincere quod per ipsum factum est: Et ideo potest mortificationem peccatorum per merito sequentia poenitentia annullare, praecipue gratia adjurata.*

21 Obijciunt tertio: Si alicui per poenitentiam remittatur culpa mortalis, & poena aeterna illi debita, relicto reatu poenae temporalis luendae in purgatorio, illeque postea antequam pro poena illa temporali satisfecerit, incidat in aliud peccatum mortale, & statim moriatur, non solum torquetur poena aeterna, debita tali peccato, sed etiam debita priori remisso; quia poena temporalis in quam fuit commutata, per subsequens peccatum fit aeterna: cum enim in inferno nulla sit redemptio, aut poenarum alleviatio, nulla in eo est poena temporalis: Ergo in aliquo casu peccatum per poenitentiam remissum, redit per subsequens peccatum, saltem quantum ad poenam aeternam quae in temporalem commutata fuerat in justificatione peccatorum.

22 Respondeo Franciscus Amicus hic disp. 7. sect. 1. in fine, in casu postea poenam illam temporalem reddi aeternam per accidens, quia ille homo per peccatum sequens, cum morte conjunctum, contulit se incapacem satisfactionis temporalis pro aliqua poena, & sic impossibile est illam poenam finire, non ex eo quod Deus imputet culpam iam remissam, sed ex illo situ in quem incidit ille homo per damnationem aeternam. Haec solutio probabilitate non caret; quia tamen hoc videtur valde durum, & contra iustitiam, ut pro culpa iam remissa, sine novo rea-

tu subeat quis poenam aeternam, cum solum debeat temporalem.

Melius respondetur cum S. Thoma in 4. dist. 21. q. 1. art. 1. ad 5. ubi relata hac priori solutione, & rejecta, subdit: *Et ideo alii dicunt quod poena, cuius aliquis est debitor post culpam remissam, in inferno puniatur temporaliter. Nec propter hoc sequitur quod in inferno sit redemptio, quia poena quae solvitur, non redimitur: Non est inconveniens, quod quantum ad aliquod accidentale, poena inferni minuetur, usque ad diem iudicii, sicut etiam augetur, ex consuetudine scilicet damnatorum.*

DISPUTATIO VI.

De reviviscencia meritorum,

Ad questionem 89. D. Thoma.

23 Duo sunt praecipui effectus poenitentiae, nimirum remissio peccatorum; & reviviscencia meritorum, Primus convenit illi per se, alter vero solum per accidens; nam per se poenitentia solum removet peccatum, quod remoto statim merita reviviscunt, & effectum suum qui per peccatum impediatur fortitiantur. De primo effectu tribus disputacionibus praecedentibus fuisse egimus, in hac vero de altero differemus.

ARTICULUS I.

Utrum merita seu bona opera, per peccatum mortificata, per poenitentiam reviviscant?

§. I.

Quibusdam praemissa conclusio affirmativa statuitur.

Manifestum est, per poenitentiam recuperari gratiam sanctificantem, cum justificatione peccatoris fiat per infusionem talis gratiae. Constat etiam, per illam recuperari virtutes infusas, cum illae sint proprietates gratiae, & magis subinde inseparabiliter committuntur. Unde Lucæ 15. Pater filio prodigo redeunti & resipiscenti, jubet reddi stolam primam, & annulum, & calceamenta, id est gratias & virtutes ante infusas, & per peccatum deperditas: ut interpretatur Hieronymus Epistol. 146. ad Damasum, & Ambrosius lib. 7. in Lucam ad caput 15. alique Patres.

Solum potest esse dubium de aliquibus virtutibus, quae videntur irrecuperabiles, sicut est virginitas, & innocentia; illa quidem, quia consistit in totali insipientia rei venereae; ista vero, quia consistit in immunitate ab omni peccato. Sed dicendum breviter, istas etiam virtutes per poenitentiam recuperari, quantum ad formale, id est quantum ad ipsam habitum, & inclinationem quam habent ad suos actus, licet non semper restituantur, quoad id quod in ipsis de materiali importatur, quia aliquando materia circa quam versantur, est irrecuperabilis, ut constat in virginitate, quae habet pro materia insipientiam veneris, implicat autem illam recuperari ab his qui volaplates venerae experti sunt, ut de se patet. Unde Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 150. art. 2. ad 3. *Virginitas reparari potest per poenitentiam, quantum ad id quod est formale in virtute, non autem quoad id quod est materiale in ipsa, non enim si quis magnificus absumperit divitias, per poenitentiam peccati restituitur divitias; similiter ille qui virginitatem perdidit, per poenitentiam non recuperat virginitatis materiam, sed recuperat virginitatis propositum.* Hæc sunt certa & indubitata apud omnes, sed difficultas est, an per poenitentiam merita, seu bona opera mortificata, reviviscant, seu recuperent vim quam habebant perducendi hominem ad vitam aeternam. Quod ut magis explicetur.

Sciendum est, opera quae homo per extrinsecam Dei ordinationem ad finem supernaturalem elevarat potest elicere, esse in quadruplici differentia, alia enim sunt viva, alia mortua, alia mortificata, & alia mortificata. Viva sunt, quae homo ex principio vitali, gratia scilicet & caritate, operatur. Mortua, quae ex genere suo & proprio obiecto bona sunt, sed ab homine existente extra statum gratiae elicta; vite principio omnino carent. Mortificata, quae mortem causant in anima, privando eam gratia; quae tantum ad vitam supernaturalem se habent ad animam, sicut anima ad corpus, quantum ad naturalem; ut egregie expendit Augustinus serm. 5. de verbis Domini, his verbis: *Sicut anima est vita corporis, si anima vita est Deus (unitus illi per gratiam & caritatem) sicut expirat corpus, cum animam emittit; ita expirat anima, cum Deum amittit. Deus amittit, mors anima. Anima emissa, mors corporis. Demum opera mortificata dicuntur, quae a gratia & caritate elicta, per subsequens peccatum*

peccatum dicuntur mortificari, ex eo quod impediuntur ne habeant vim & efficaciam perducendi hominem ad vitam aeternam; metaphora ducta a membris corporis animalis, quae tunc dicuntur mortificata, quando sunt impedita a suis effectibus, sive ab exercitio suorum operationum.

Præfens ergo difficultas non procedit de operibus vivis, quia illa non egent reviviscencia, ut patet; neque de mortiferis; quia potius illa per poenitentiam destruantur; neque de mortuis, quia hæc cum nunquam fuerint viva, non possunt intelligi reviviscere; nam reviviscere est iterum vivere, unde supponit vivere, seu vixisse. Tota igitur quaestio devolvitur ad bona opera & merita mortificata per peccatum, de quibus inquirimus, actionum, quae poenitentiam reviviscant, seu recuperent vim & efficaciam perducendi hominem ad vitam aeternam, quae fuerant privatae per peccatum? Pro resolutione.

Dico breviter, merita seu bona opera, per peccatum mortificata, reviviscere per poenitentiam. Ita D. Thomas hic art. 5. & Theologi cum illo, qui hæc conclusionem adeo certam existimant, ut oppositum errorem esse affirmant.

Probatur primo ex illo Joel 2. *Reddam vobis annos quos comedit locusta & bruchus.* Quae verba interpretantur SS. Patres de reviviscencia meritorum; ac si diceret Scriptura, reddam vobis mercedem prateritarum actionum, quas locusta & bruchus vestrorum peccatorum suo privaverant fructu. Unde Glossa interlinearis, ex Hieronymo sumpta, ibidem ait: *Confite terra & latere quae prius dominicum sementem tua ariditate perdidit, quia magnificentia Domini ut faceret tecum misericordiam, & lignum Crucis afferret fructum suum, & Spiritus Sanctus dona dilectissima, suam cunctis tribuere largitatem. Vos quoque quos post poenitentiam iuste voco filios Sion & Ecclesiae, latamini atque gaudete, quia tribuit vobis Deus Pater Deitorem iustitiae (vel alimenta iustitiae, sicut Septuaginta legunt) Et non solum hoc dedit, sed fecit vos veros virtutum fructibus abundare. Tum deinde mox: *Et annos quos perturbavit ante regnabitur perdidit in vobis, quando opera vestra, locusta, bruchus, rubigo, erucaque (peccati) consumpsit, Deus vobis perire non passus est. Indeque infer: si post poenitentiam autem tantam ubertatem Deus pollicetur, quid respondebit Novatus, negans poenitentiam, & reformari posse peccatos in pristinum statum, si digna fuerint opera poenitentiae?**

Probatur secundo conclusio ex illo Pauli ad Hebraeos 6. *Non enim est iniquitas Deus ut obliviscatur operis vestri, & dilectissimi quam ostendit in nomine Iesu.* Pariter et Apostolus Hebraeos lapsos, per illa verba: *Impossibile est eis qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum calicis, & prolapsi sunt, cruciari renovari ad poenitentiam.* Deinde vero, ut eos excitet ad resipiscenciam, consolatur ipsos dicens, *Deum non esse iniquum; quia si a peccato per poenitentiam resurgant, Deus bona eorum opera praecedentia compensabit premio vite aeternae. Ita hunc locum explicat SS. Patres, Chrysostomus homil. 10. Athanasius oratione de blasphemia in Spiritum Sanctum, Epiphanius haeresi 59. Augustinus de fide & operibus cap. 14. D. Thomas lect. 3. in hunc locum, & Glossa ordinaria, ibidem dicens: *Sicut enim priora bona per sequentia mala mortua fuerunt, & irrita facta; ita ipsa eadem per poenitentiam, & alia bona sequentia reviviscunt.**

Favet etiam Tridentinum sess. 6. cap. 10. ubi sic ait: *Hæc igitur ratione justificatis hominibus, si acceptam gratiam perpetuo conservaverint, si remissa recuperaverint, proponenda sunt Apostoli verba: Abundate in omni opere bono, scientes, quod labor vester non est inanis in Domino. Non enim est iniquus Deus, ut obliviscatur operis vestri boni, & dilectionis, quam ostendit in nomine Iesu.* Quibus verbis Tridentinum distinguit duo hominum genera: Unum eorum, qui in accepta gratia perpetuo perseverant, quos ad premium laborum sperandum hortandos esse, ait verbis illis Apostoli 1. Corinth. 15. *Abundate in omni opere bono etc.* Alterum eorum, qui gratiam amissam recuperant, ad quos pertinet locus posterior Apostoli ad Hebraeos 6. *Non est iniquus Deus etc.* Alioquin Concilium partem illam assertionis suae sine confirmatione relinqueret, frustra quae diceret, proponenda esse verba illa iis qui amissam gratiam recuperaverint, ut intelligant Deum non oblivisci bonorum operum quae fecerunt ante lapsum.

In confirmationem eisdem veritatis adducit Hugo Cardinalis verba illa Jerem. 2. *Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & caritatem desponsationis tuae.* Quid (inquit) est Deus miserans recordati adolescentiae & caritatis nostrae quam pissima opera in caritate facta, & peccato interrupta, oblivioni non tradere. In eundem sensum explicat SS. Patres Ambrosius, Hieronymus, Anselmus, Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, & D. Thomas, illud Apostoli ad Galat. 3. *causa palli estis sine causa? si tamen sine causa.*

Quasi dicat Apostolus Galatis, post magna merita in peccatum & Iudaismum prolapsis, in vestra situm est potestate efficere ut a fitis palli frustra, id est sine fructu, si maneat in peccatis vestris; aut etiam cum fructu, si a peccatis resurgatis.

Probatur tertio conclusio ex Tridentino citato quod 8 post verba supra relata, paulo post addit: *Nihil iustificationis amplius deesse credendum est, quominus plene, illi quidem operibus, quae in Deo sunt facta, divina legi pro huius vita statu satisfecerint, & vitam aeternam suo tempore, si tamen in gratia decesserint, consequendam promeruisse sentiantur.* Ubi tres innuit condiciones requiri, ut opera nostra sint meritoria, & re ipsa consequantur suum premium; nimirum ut sint opera hominis iustificati, ut sint facta in Deo, sive ex Dei gratia & auxilio, & ut qui ea fecit, in gratia decedat; & quod valde notandum est, ait, *Nihil amplius deesse credendum est.* Atqui merita mortificata habent duas priores condiciones, ut constet: & tertiam recuperant virtute poenitentiae, utpote in qua datur poenitentiae gratia habitualis, cum qua potest decedere: Ergo merita mortificata, per poenitentiam reviviscunt.

Ratio etiam id fasdet: Causa enim carens aliquo suo effectu, precise propter impedimentum, debet, seculo impedimento, illum habere v. g. lapis in aere suspensus, & fune impeditus, non deorsum feratur, precise fune, sublato obice, redit ad centrum: Sed merita antiqua, per subsequens peccatum, tantum fuerint impedita a suo effectu, qui est tribuere homini jus ad vitam aeternam; Ergo cum virtute poenitentiae tollatur illud impedimentum, debent effectum illum homini tribuere, in quo eorum reviviscencia consistit. Hanc rationem infamat S. Thom. in 4. dist. 14. q. 2. art. 2. ubi inquit, *quod sicut ventus nubes nubem, velis Silem restituit, ita poenitentia tamquam ramorum prohibens gratiam gratum facientem, & omnes virtutes nobis restituit.*

§. II.

Solvuntur objectiones.

Obijciens primo: Quod omnino moritur seu destruitur, non potest per poenitentiam reviviscere seu reparari: Sed merita praecedentia per subsequens peccatum omnino extinguuntur & destruantur: Ergo non reviviscunt per poenitentiam. Major patet, Minor probatur. Neque, immo magis potens est peccatum ad destructionem meritorum praecedentium, quam gratia ad destructionem peccatorum siue demeritorum antecedentium, habet enim peccatum infinitam malitiam, gratia vero e contra finitam bonitatem: Sed gratia ita destruit peccatum, ut nihil ipsius vel physicum vel morale remaneat: Ergo a fortiori peccatum ita praecedentia merita destruit, ut illa nec physice, nec moraliter, nec in se, nec in divina acceptatione remaneant.

Confirmatur, Ideo per gratiam destruit omnino peccatum siue demeritum, quia est forma ei contraria, & cum ipso impossibilis: Sed peccatum superveniens est etiam forma contraria & impossibilis cum valore meritorum: Ergo per illud talis valor omnino destruitur.

Confirmatur amplius: Idcirco gratia omnino destruit peccatum, quia tollit fundamentum reatus siue obligationis ad poenam aeternam, videlicet rationem maculae ex praterito peccato relictae: Atqui similiter per peccatum destruit fundamentum valoris & condignitatis, quam habent merita ad gloriam, nimirum ipsa gratia sanctificans: Ergo per peccatum destruitur omnino valor & condignitas ad gloriam quam habebant merita praecedentia, seu bona opera ante ipsam peccatum elicta.

Ad objectionem respondeo, concessa Majori, negando Minorem, & ad illius probationem dico, quod est gratia secundum se precise non fit fortior ad destructionem demeritorum, quam peccatum ad destructionem meritorum, bene tamen ut subest legi divinae misericordiae volens acceptare merita praterita ad premium, licet mortificata, & nolens punire delicta semel dimissa, licet delinquens iterum peccet. Quod si queras fundamentum asserendi talem legem, dico esse in primis loca Scripturae & Concilii Tridentini, nec non SS. Patrum, ex quibus §. praecedenti deduximus merita mortificata reviviscere. Secundo esse proclivitatem Dei majorem ad premiandum quam ad puniendum, ratione cuius semper praevaluit ultra condignum.

Ad primam confirmationem similiter nego Minorem, peccatum enim sequens merita, & illa mortificans, non est contrarium eorum valori, sed tantum impedimentum ipsius effectui, siue iuri ad premium ei correspondens; unde cum causa carens aliquo suo effectu, propter impedimentum, seculo obice, illum habet; sublato peccato per poenitentiam, & restituta gratia habituali, antiqua,

antiqua merita, per peccatum mortificata, recuperant jus ad premium illis correspondens, ut in ultima probatione nostrae conclusionis declaravimus.

Ad secundam dico quod licet merita in fieri dependant a gratia tanquam a radice & fundamento sui valoris, non tamen in conservari, sed solum a divina voluntate ad gloriam acceptate volente, quae voluntas remanet, etiam post peccatum.

12 Obijcies secundo: Quando contractus aliquis non est absolutus, sed conditionatus, & deficit conditio, omnino destruitur: Sed contractus quo Deus promittit remunerare merita nostra, est conditionatus, & conditio a qua dependet, est, si non adit ex ea parte hominis: Ergo adveniente tali obice per peccatum, omnino extinguitur contractus, & merita destruantur, subindeque per penitentiam non reviviscunt: nam ut supra dicebamus, quod semel vera & totaliter destructum est, non potest reviviscere, sicut de potentia Dei ordinaria, & circa miraculum.

13 Respondeo, concessa Majori, negando Minorem, quod secundam partem, quod nimirum conditio contractus de remuneratione nostrorum meritorum sit ista, si non apponat homo impedimentum; ab hac enim conditione non dependet talis contractus, sed ab illa, si non tollat tandem impedimentum semel appositum, vel si apponat perpetuum: unde non quodlibet peccatum, sed solum illud quod conjungitur cum morte, sive impenitentia finali, extinguit contractum praedictum, & tollit remunerationem meritorum.

14 Obijcies tertio: Merita mala, seu peccata per penitentiam remissa, non reddunt: Ergo nec merita bona per peccatum mortificata, reviviscunt. Antecedens constat ex dictis disputatione praecedenti. Consequentia vero probatur, tum ex paritate rationis: tum etiam, quia sicut dicitur Ezechiel 18. de peccatore penitentia agente, omnium iniquitatum ejus non recordabor, sic dicitur de iusto qui commisit crimen lethale, Omnes justitiae ejus non recordabuntur.

15 Respondeo, concessa Antecedente, negando consequentiam & paritatem, quatuor enim inter reditum peccatorum & reviviscantiam meritorum disputatione praecedenti; in solutione secundae objectionis, discrimina assignavimus. Nec obstant verba praedicta Ezechielis: cum enim, ut supra dicebamus, Deus sit prior ad miserendum quam ad puniendum, verbum non recordari, applicatum peccatis, significat totalem eorum remissionem quoad culpam, & poenam aeternam; applicatum vero ad merita, solum significat impedimentum effectus valoris eorum, quod per penitentiam tollitur, subindeque per illam merita mortificata reviviscunt.

16 Obijcies quarto: Si merita reviviscerent, vel omnia redirent, vel solum aliqua? Neutrum dici potest: Non quidem primum, docet enim D. Thomas art. 2. hujus quaestionis, eum qui a peccato resurgit, interdum ad minorem, interdum vero ad majorem caritatem & gratiam resurgere: quod verum non esset, si merita omnia redirent. Neque etiam secundum, quia non videtur esse major ratio, cur aliqua merita, potius quam alia reviviscant. Ut haec difficultas obiectio plene solvatur, & modus quo merita mortificata reviviscunt, explicetur, sit.

ARTICULUS II.

In qua proportione, & quantitate, reviviscant per penitentiam opera mortificata per peccatum?

§. I.

Quibusdam praemissa reservatur sententia.

17 Licet certum & indubitatum sit apud Theologos, merita mortificata per penitentiam resurgere, celebris tamen est difficultas & controversia apud illos circa modum & quantitatem in qua reviviscunt, an scilicet resurgant secundum omnem gradum meriti quem habuerunt ante peccatum, & homo per penitentiam statim recuperet omnem gratiam quam habebat ante peccatum: an vero solum juxta quantitatem seu intensiorem contritionis per quam resurgit? Sed antequam resolvatur, pro intelligentia diversarum de ea opinionum, recolendum est illud quod diximus in Tract. de virtutibus Theologicis, agendo de augmento caritatis, & in Tractatu de Incarnatione, differendo de gratia Christi, gratiam posse dupliciter considerari, nimirum in esse physico, seu ut est qualitas & habitus, reddens nos participes divinae naturae, & filios Dei adoptivos; & in esse morali, sive in esse gratiae, quatenus per eam justus acceptatur ad gloriam, mediis bonis operibus, vel praesentibus, vel praeteritis, sed remanentibus in divina acceptione. Hoc praemisso

18 Prima sententia esset omnia omnino merita per pecca-

tum mortificata, beneficio penitentiae ita perfecte reviviscere, ut praeter gratiam & gloriam correspondentem dispositioni in qua homo resurgit, dentur insuper totus gradus gratiae, & jus ad totum gradum gloriae, quot habuisset per merita praecedentia, si non fuisset mortificata. Ita Nominales, Major, Gabriel, Ocham, quos sequuntur communiter Recentiores extra Scholam D. Thomae, praesertim Suarez in opusculo de reviviscantia meritorum, ubi quaestiones istam fulsissime pertractat.

Secunda huic immediate opposita, existimat nullum gratiam gradum penitentiae conferri, praeter eum qui praesentis contritionis correspondet; ita ut nullo alio modo opera mortificata reviviscere intelligenda sint, quam quia idem premium essentiale quod gratiae hic & nunc collatae correspondet, pluribus titulis conferatur, nempe & ratione praesentis dispositionis, & intuitu meritorum antecedentium. Addit tamen, novum aliquod premium accidentale esse conferendum, nempe gaudium majus de operibus in prima caritate factis, non tamen distinctum premium essentiale. Ita Bannez 2. a. q. 24. art. 6. citans pro hac sententia Alensem, D. Bonaventuram, Capreolum, Paludatum, & Cajetanum.

Tertia docet contritionem quae aliquis resurgit effectus dispositionem ad duplicem gratiam, ad eam scilicet quae de novo datur in vi praesentis dispositionis, juxta quantitatem illius, & ad restituendam antiquam in eadem intentione & quantitate; ita quod si aliquis resurgat per contritionem ut octo, recipit gratiam ut sexdecim, octo nempe gradus juxta praesentem dispositionem, & octo de gratia antiqua, & per peccatum praecedens deperditam, qui praesentis contritioni ut causae pro accidentis correspondent. Ita Joannes a S. Thoma hic disput. 36. art. 2.

Quarta & ultima, ac in Schola D. Thomae communis, asserit quod resurgens a peccato semper accipit novum aliquem gradum gratiae in esse gratiae, ratione praecedentium meritorum, & consequenter novum gradum etiam gloriae essentialis eis correspondere; non tamen semper totam gratiam, etiam praesentem in esse gratiae, recuperare, nec per consequens totum jus ad gloriam meritis praecedentibus correspondens, sed secundum proportionem ad praesentem contritionem per quam resurgit, ita ut si Petrus antequam peccet mortaliter, habuerit merita ut viginti a. g. & resurgat per contritionem ut quatuor, deur ei gratia in esse gratiae, & jus ad visionem beatificam, usque ad octavum gradum, quatuor gradus propter praesentem contritionem, & quatuor alii, propter praecedentia merita. Ita Soto, Ledesma, Nugno, Alvarez, Candidus, Valentia, & alii qui addunt gratiam deperditam per peccatum, nunquam in esse qualitatis & habitus recuperari, donec homo in actu ferventiorum prorumpat, qui sit dispositio ad ejus augmentum, & quia potest contingere quod homo in hac vita non eliciat talem actum ferventiorum; vel si illum eliciat, ille habeat augmentum gratiae, sibi correspondens, non vero meritis praecedentibus debitum; ideo dicunt augmentum gratiae, meritis remissis vivificatis debitum, non dari nisi in instanti separationis animae a corpore in quo anima actum ferventissimum caritatis aut contritionis elicit, quo se disponit ad recipiendum physice augmentum gratiae & gloriae, meritis remissis vivificatis debitum; qui actus, cum sit extra vitam, non est meritorius, sed tantum dispositivus ad tale augmentum.

§. II.

Rejiciuntur tres prima sententiae, & quarta statuitur.

Dico primo, per penitentiam non semper homo recuperat totam gratiam in esse qualitatis & habitus, quam habebat ante peccatum, sed gratia quae in justificatione ei infunditur, commensuratur praesentis dispositioni per quam resurgit.

Probatur primo auctoritate D. Thomae hic artic. 2. disput. 19. centis: Penitens quandoque resurgit in majori gratia quam prius habuerat, quandoque autem in aequali, quandoque vero in minori: At hoc falsum esset, juxta Suarez & aliorum Recentiorum sententiam, quia juxta illam homo semper resurgit in majori gratia, quam habebat antea, quia ultra praeteritam quam totam recuperat, aliam habet correspondentem propriae dispositioni per quam resurgit: Ergo &c.

Probatur secundo ratione quam ibidem insinuat: Quantitas formae intensibilis & remissibilis, mensurari debet secundum quantitatem dispositionis: Sed gratia est forma intensibilis & remissibilis, & contritio per quam penitens ad eam se disponit, & a peccato resurgit, interdum remissa est, & non adaequatur in intentione gratiam quam penitens habebat ante peccatum: Ergo per penitentiam non semper homo recuperat totam gratiam in esse qualitatis & habitus, quam habebat ante peccatum.

Confirmatur: Eodem modo loquendum est de meritis mortificatis, & per contritionem remissam reviviscant.

sentibus, quo de actibus remissis caritatis, qui merentur augmentum habitus: Atqui & gratia & caritas in esse habitus & qualitatis non augentur statim per actus habitu remissos, sed tale augmentum datur solum suo tempore, quando homo prorumpit in actum ferventiorum, ut in Tractatu de virtutibus Theologicis disput. ultima artic. 8. ostensum est: Ergo similiter quando homo resurgit a peccato per actum remissum contritionis vel caritatis, non statim recuperat totam gratiam in esse qualitatis & habitus, quam habebat ante peccatum, sed solum quando ponit actum ferventiorum, & adaequantem, vel separantem in intentione gradualem gratiam & caritatem quam per peccatum amisit.

22 Confirmatur amplius ex Tridentino sess. 6. cap. 7. dicente, quod unusquisque recipit justitiam, (id est gratiam justificantem) secundum suam mensuram, quam Spiritus Sanctus partitur singulis prout vult, & secundum propriam cujusque dispositionem. Ubi Concilium non loquitur de dispositione morali seu meritoria, quia loquitur de prima infusione gratiae, qua non cadit sub merito dispositionum praecedentium: Ergo loquitur de dispositione physica, & physice subiectum ad gratiam praeparante. Si autem in prima infusione quantitas gratiae quae infunditur mensuratur penes dispositionem, eadem ratione cum postea augetur, mensurabitur illud augmentum penes dispositionem subiecti, quia non est major ratio de uno quam de alio.

23 Dico secundo, quando penitens resurgit per actum contritionis vel caritatis ut quatuor, non recipit octo gradus gratiae in esse physico, nimirum quatuor de novo, juxta praesentem dispositionem, & quatuor de gratia antiqua, per praecedens peccatum amissa.

Probatur breviter contra Joannem a S. Thoma, ut enim conclusiones praecedenti dicebamus ex Tridentino, unusquisque recipit gratiam in esse physico, juxta propriam dispositionem: Sed ille qui elicit actum contritionis vel caritatis ut quatuor, non est dispositus ad gratiam ut octo in esse physico, sed solum ad gratiam ut quatuor, ut de se patet: Ergo non recipit octo, sed duntaxat quatuor gradus gratiae in esse physico.

24 Respondet Joannes a S. Thoma, negando Minorem, quia (inquit) actus ille contritionis habet duplicem causalitatem dispositivam, unam per se, respectu gratiae de novo dandae, aliam per accidentem, respectu gratiae antiquae resistentiae & vivificandae.

Sed contra: Licet ille actus, in sententia Thomistarum, sit dispositio physica respectu gratiae de novo dandae, est tamen solum dispositio moralis & meritoria, respectu gratiae antiquae resistentiae: Sed gratia non datur in esse physico, nisi juxta proportionem dispositionis physicae subiecti: Ergo habenti actum contritionis vel caritatis ut quatuor, solum dantur quatuor gradus gratiae in esse physico.

Confirmatur & magis illustratur haec ratio: Contritio quam elicit penitens dum resurgit a peccato, & praecedentia merita recuperat, duo habet munia, & officia, nimirum rationem dispositionis physicae & moralis; in ordine enim ad gratiam de novo dandam, est dispositio physica; in ordine vero ad restitutionem gratiae antiquae per peccatum deperditae, est solum dispositio moralis: At dispositio moralis non existit nisi ut forma resuletur in esse moris, non autem in esse physico, alioquin effectus suae causae non responderet: Ergo habenti actum contritionis ut quatuor, solum de novo dantur quatuor gradus in esse physico, & de gratia antiqua alia quatuor solum in esse moris conferuntur, ut magis patebit ex infra dicendis.

25 Dico tertio: merita mortificata sic reviviscunt per penitentiam, ut ultra gratiam quam penitens recipit, & gloriam ad quam habet jus ex vi praesentis contritionis, insuper recuperet statim aliquod de gratia deperdita, in esse gratiae considerata; nec non de jure ad gloriam essentialem correspondentem praecedentibus meritis.

Probatur conclusio ratione fundamentali. Meritorum reviviscantia debet cum proprietate salvari: At si ultra gratiam quam penitens recipit, & gloriam ad quam habet jus, ex vi praesentis contritionis, non recuperet aliquid de gratia deperdita, in esse gratiae considerata, & de jure ad gloriam essentialem, praecedentibus meritis correspondentem, meritorum reviviscantia non salvabitur cum proprietate, sed erit res de solo nomine & titulo: ponamus enim duos homines, quorum alter post longam meritorum & bonorum operum seriem, puta postquam quotidie per centum annos ferventissimos actus caritatis elicit, incidit in mortale, & deinde resurgat per contritionem, vel gratiam ut quatuor; alter vero post consumptam totam in impietibus & sceleribus vitam, convertatur in hora mortis, & justificetur per actum caritatis etiam intensum ut quatuor, quid habebit ille prior praeter istum, ratione reviviscantiae meritorum, si per illum non recuperet aliquid de gratia deperdita, & Theol. Genes, Tom. V.

de jure ad gloriam essentialem, praecedentibus meritis correspondentem?

Respondet Bannez, illum habitum quod pluribus titulis ipsi gloria essentialis conferatur, & simul gloriam aliquam accidentalem, nimirum gaudium majus de operibus in prima caritate factis, recepturum.

Sed contra primo: Hi tituli solum faciunt ad denominationem extrinsecam, non vero ad substantiam praemii; quid enim prodest merenti, quod premium uno sive pluribus titulis ei detur?

Secundo, si quis in vinea alterius per decem dies laborasset, eique postea merces laboris unius dumtaxat diei, decem titulis diversis conferretur, non dubio fieret ei injuria, & labor illius quantum justitia exigit, non compensaretur; Ergo similiter, si habenti meritorium ut octo, Deus tantum praemium ut unum, octo diversis titulis tribuat, praemiat ipfam circa condignum, nec in ea praemii retributione servabit justitiam distributivam, quae exigit ut habenti plus de meritis, plus de praemio tribuatur.

Tertio, Ezechiel 33. dicitur: Impietas impiis non nocet eis, in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua: At multum noceret si vir ille qui per centum annos ferventissimos caritatis actus elicit, non haberet majorem gloriam essentialem quam alter; esset enim proculdubio magnum nocentium proveniens ex peccato commisso, quod ille qui aliquando fuisset alteri superior in gloria essentiali, esset ei tantum aequalis: Ergo &c.

Quarto: Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 16. docet merita mortificata reviviscere ad vitam aeternam; ait enim: Nihil ipsis justificatis amplius deesse credendum est, quo minus plene illis quidem operibus quae in Deo sunt facta divinae legi pro hujus vitae statu satisfecerint, & vitam aeternam suo etiam tempore, si tantum in gratia decesserint consequendam, vere promeruisse censentur: Sed vita aeterna significat praemium essentiale: Ergo opera mortificata per penitentiam reviviscunt ad praemium essentiale, subindeque plura habent merita per penitentiam vivificata, plus de praemio essentiali, & non solum major gloria accidentalis, nimirum gaudium majus de operibus in prima caritate factis, conferatur.

Probatur secundo conclusio argumento ad hominem: Adversarii enim nobiscum fatentur; gratiam sacramentalem per peccatum mortale amissam, ita reparari per virtutem penitentiae, ut praeferat gradum gratiae & gloriae essentialis, qui respondet praesenti contritioni, conferatur novus gradus gratiae in esse gratiae, & jus ad novam gloriam essentialem: Ergo idem dicendum de gratia non sacramentali; per peccatum enim mortale utraque aequae amittitur, & per actum contritionis aequae reparatur.

Negant consequentiam Adversarii, rationemque disparitatis assignant, quod cum gratia sacramentalis, & jus ad gloriam ei correspondens, conferatur ex opere operato, eorum quantitas potest excedere quantitatem praesentis contritionis sive dispositionis. At vero et contra gratia non sacramentalis, juxta ad visionem beatificam quod ei correspondet, tribuitur solum ex opere operantis, subindeque nequit illam excedere.

Sed contra: Licet gratiam quam sacramentum causat, conferatur a principio ex opere operato, si tamen amittatur per peccatum, non recuperatur per actum contritionis, nisi ex opere operantis; postquam enim sacramentum semel ex opere operato productum totum suum effectum, non amplius ita eum producit: atque adeo eadem est ratio, quantum ad praesentem difficultatem, de gratia sacramentali, & de gratia non sacramentali.

Dico quarto: quando merita mortificata, per actus remissos contritionis vel caritatis reviviscunt, non reviviscunt secundum omnem gradum meriti quem habuerunt ante peccatum, sed juxta quantitatem praesentis contritionis sive dispositionis per quam penitens resurgit: verbi gratia, si quis ante peccatum habuit decem opera meritoria intensa ut octo, & cadat in peccatum mortale, & postea resurgat contritione ut unum, quodlibet opus resurgat ut unum, & manebit penitens cum merito ut undecim.

Probatur primo ex Divo Thoma hic artic. 5. ad 3. ubi sic loquitur: Dicendum quod ille qui per penitentiam resurgit in minori caritate, consequitur quidem praemium essentiale, secundum quantitatem caritatis in qua inventur; At hoc esset falsum, si per actus remissos caritatis, merita mortificata, secundum omnem gradum meriti quem habuerunt ante peccatum reviviscerent; consequeretur enim ille qui in minori caritate resurgit praemium essentiale, sive jus ad illud, non secundum quantitatem caritatis in qua inventur, sed in mensura ipsam excedente, ut manifestum est: Ergo juxta doctrinam D. Thomae, quando merita mortificata per actus remissos caritatis reviviscunt, non reviviscunt secundum omnem gradum

gradum meriti quem habuerunt ante peccatum, sed juxta quantitatem presentis contritionis sive dispositionis per quam penitens resurgit.

39 Ratio etiam id suadet: Contritio enim solum est dispositio physica ad gratiam in esse physico ei correspondentem, sed insuper dispositio moralis ad reviviscendum meritorum per peccatum mortificatorum, sive ad gratiam in esse gratie, quae meritis illis correspondet: sicut enim gratia in esse physico requirit dispositionem physicam, ita in esse morali requirit subiectum moraliter dispositum: Sed forma dependens a dispositionibus subiecti, nunquam in ipsam introducit, nisi juxta proportionem & mensuram earum: Ergo merita mortificata, & gratia in esse gratie illis correspondens, non reviviscunt, nisi juxta mensuram contritionis vel caritatis, per quam penitens a peccato resurgit.

31 Confirmatur & magis illustratur haec ratio, simulque praecipuum Adversariorum fundamentum convellitur. Ex duplici capite provenire potest quod merita mortificata & gratia in esse gratie illis correspondens, non reviviscunt totaliter, sive secundum omnem gradum illis correspondentem, scilicet ex impedimento peccati, & defectu proximae dispositionis moralis: licet autem quotiescumque peccator resurgit per penitentiam, removeat peccatum a se, & ita nihil sit jam impediens quominus omnia merita per peccatum mortificata, omnique gratia in esse gratie illis correspondens redeant: si tamen actus contritionis per quem resurgit a peccato, sit minoris intentionis, quam merita per peccatum mortificata, defectu sufficientis dispositionis, merita mortificata, & gratia in esse gratie illis correspondens, non redeunt secundum omnem gradum quem habuerunt, sed solum juxta mensuram intentionis talis actus.

33 Confirmatur & magis adhuc illustratur exemplo satis accommodato, quod Alvarez disp. 61. de auxiliis adducit ex Augustino, explicante verba illa Psalmi 125. Convertite Dominus captivitatem nostram sicut torrens in Austro, Quemadmodum enim aqua torrens cursu suo ad mare properando, interdum frigore hyemis aut Aquilonis congelatur, & adhaerens pavimento, atque adeo impedimento ne ad summum terminum perveniat, Austro postea flante, resolvitur, non quidem semper in toto, sed interdum in toto, interdum in parte, juxta calorem Austri, & consequenter movetur sicut antea, ita proportionaliter gratia & merita nostra, quae sunt veluti aqua tendens in vitam aeternam, juxta illud Joann. 4. Vici in te fons aqua vivis salientis in vitam aeternam, congelata frigore subjectionis peccati mortalis, de quo Jeremia 6. dicitur: Sicut frigidam facit cypherna aquam suam, ita frigidam facit Israel iniquitatem suam: Spiritu Sancto flante per penitentiam, veluti resolvitur, ut iterum fluat, juxta illud Psalmi 141. Emitte verbum suum, & liquifaciet ea, sicut spiritus domini, & sicut aqua: proportionaliter tamen ad quantitatem fervoris in quo homo resurgit. Verba Augustini citata haec sunt: Quemodo frigus ligat aquam ne currat, ita & nos illigati frigore peccatorum gelavimus. Austro autem calidius veniens est. Quando fiat Austro, liquescit glacies, & impiorum torretur. . . Gelavimus ergo in captivitate, & constrigebatur nos peccata nostra: sicut Austro Spiritus Sanctus, dimisit sumus peccata: sicut enim sumus frigore iniquitatis, tamquam glacies in sereno, sic solvuntur peccata nostra. Curramus ad patriam, quasi torrens in Austro.

33 Dico ultimo, pro meritis remissis, seu remisse vivificatis, non recipit homo in hac vita augmentum gratiae in esse physico, ipsi debentur, sed in alia, nempe in instanti separationis animae a corpore, vel in primo instanti glorificationis.

Probatu breviter ex D. Thom. 1. 2. quaest. 114. art. 8. ad 3. ubi sic ait: Quilibet actus meritorius meretur homo augmentum gratiae, sicut & gratia consummationem, quae est vita aeterna: Sed sicut vita aeterna non statim redditur, ita nec gratia statim augetur, sed suo tempore, cum scilicet aliquis sufficienter fuerit dispositus ad gratiam augmentum: Sed homo non disponitur sufficienter in hac vita ad augmentum gratiae in esse physico, meritis remissis, seu remisse vivificatis debentur, sed solum quando in alia vita prae-rumpit in actum ferventiorum: Ergo in hac vita non recipit augmentum gratiae in esse physico actibus remissis, seu remisse vivificatis debentur, sed solum in alio, &c. Major patet ex dictis in prima conclusione: gratia enim, ut ibi ostendimus, non recipitur physice in subiecto, nisi juxta proportionem dispositionis talis subiecti. Minor vero probatur: Quando homo in hac vita prae-rumpit in actum ferventiorum contritionis vel caritatis, ille actus est etiam meritorius, & accipit gratiam sibi correspondentem: Ergo homo carebit dispositione ferventiori per quam se disponat ad augmentum gratiae in esse physico, meritis remissis aut remisse vivificatis debentur, quousque ponatur aliquis actus intensior, qui non sit meritorius, sed solum dispositivus ad tale augmentum,

quod solum invenitur in alia vita, nempe in instanti separationis animae a corpore, vel in primo instanti glorificationis, in quo homo prorumpit in actum ferventissimum caritatis, qui non est meritorius, cum homo tunc sit extra statum vitae, sed tantum dispositivus ad augmentum gratiae in esse physico, meritis remissis, aut remisse vivificatis debentur. De quo plura diximus in Tractatu de virtutibus Theologicis disputatione ultima artic. 8. ad quem locum Lectorem remittimus.

§. III.

Solvuntur objectiones.

Obijces primo: Gratia ad quam habent jus antiqua merita, per penitentiam reviviscunt, nullum habet impedimentum quominus statim detur, etiam in esse physico: non enim est sicut gloria, quae ratione moralis vitae & statum merendi, usque ad tempus alterius vitae differitur: Ergo per penitentiam homo statim recuperat totam gratiam in esse qualitatatis & habitus, quam per peccatum amiserat.

Respondeo, quod etiam si gratia ad quam reviviscunt antiqua merita per penitentiam, nullum habeat impedimentum quominus statim detur etiam in esse physico, eo ipso tamen quod penitens careat dispositione quam ex natura rei requirit in ipso, est incapax eam recipiendi in esse qualitatatis & habitus, donec per actum ferventiorum, & ejus augmento commensuratum & proportionatum, ad illam recipiendam se disponat.

Dices: quando penitens accedit ad sacramentum penitentiae contritus, majorem recipit gratiam, tum in esse gratie, tum in esse qualitatatis, quam recipiet cum sola contritione extra sacramentum: utpote cum sacramenta novae legis causent gratiam ex opere operato, & consequenter majorem gratiam conferant in re suscepta, quam in solo voto; & tamen haec gratia non commensuratur praesenti dispositioni, ut constat: Ergo similiter quando per contritionem reviviscunt merita, gratia in esse physico quam recipit penitens, non debet necessario commensurari praesenti dispositioni, sed indeque poterit esse major & intensior, quam sit contritio per quam resurgit.

Respondeo, concessio Antecedente, negando consequentiam & paritatem: Ratio vero discriminis est quia Auctori Sacramentorum, sicut supplet defectum dispositionis ad gratiam in parvulis recipientibus Baptismum, ita in adultis supplet defectum majoris dispositionis, dum illis per sacramenta conferat ex opere operato majorem gratiam, alioquin consequerentur ex opere operato extra sacramentum, ex vi talis actus tantae dispositionis. Quando vero per contritionem extra sacramentum reviviscunt merita, Deus non supplet defectum majoris dispositionis, sed gratiam per praecedens peccatum amisam in esse physico restituit, secundum propriam cuiusque dispositionem, ut Concilium Tridentinum supra citatum ait.

Obijces secundo contra secundam conclusionem, cum Joanne a Sancto Thoma: Contritio qua penitens a peccato resurgit, est dispositio ad duplicem gratiam, ad eam scilicet quae de novo datur & in justificatione infunditur, & ad recuperandam antiquam per peccatum praecedens deperditam: Ergo si aliquis resurgat per contritionem ut octo, recipit sexdecim gradus gratiae, octo scilicet de gratia nova, seu in justificatione de novo infusa, & octo de gratia antiqua, seu per peccatum praecedens deperditam: cum forma commenturari debeat dispositioni, & juxta ejus augmentam & intentionem augeri seu infundi.

Respondeo, contritionem qua penitens a peccato resurgit, esse quidem dispositionem ad duplicem gratiam supra dictam, sed diversimode ad illas disponere: est enim dispositio physica respectu gratiae de novo danda, respectu vero gratiae antiquae, ut recuperanda, dispositio solum moralis: unde cum dispositio moralis non exigit, nisi ut forma resulet in esse moris, resurgens per actum contritionis ut octo, datur solum octo gradus gratiae in esse physico, & totidem de gratia in esse moris considerata, ut conclusiones secunda & quarta declaravimus.

Obijces tertio cum Banez contra tertiam conclusionem: D. Thomas in 3. dist. 31. q. 1. art. 4. quaestione. 3. cum sibi objecisset: Penitentia vivificat merita per peccatum mortificata: Ergo penitens caritatem habebit gloriam, quantum de actu peccatum meruerat: Sed tantum meruerat, quantum de caritate habuerat: gloria ergo quam penitens habebit, proportionatur caritati quam ante peccatum habuit: proportionatur autem caritati, in qua in morte introduitur post penitentiam, quia solum tunc creditur, sicut in Ecclesiastico: penitenti. Ergo caritas in qua resurgit penitens, est aequalis caritati aqua coelata: Sic respondet: Ad quartum dicendum quod (sicut ex praedictis patet)

patet) per plura merita meretur sibi tantam gloriam, quantum caritatem habebit; sed ipse per peccatum factus est aliter, & non plenarie ad primum gradum restituitur; & ideo non plenarie recipit effectum priorum meritorum, nisi quantum ad premium accidentale. Idem docet hic articulo. 5. ad 3. his verbis: Ille qui per penitentiam resurgit in minori caritate, consequitur quidem premium essentiale secundum quantitatem caritatis in qua invenitur; habebit tamen gaudium majus de operibus, in prima caritate factis, quam de operibus quae in secunda facti, quod pertinet ad premium accidentale: Ergo juxta D. Thomam, merita mortificata non reviviscunt per penitentiam, in ordine ad gloriam essentialem, sed solum per respectum ad premium aliquod accidentale, nimirum ad gaudium majus de operibus in prima caritate factis.

Respondeo haec testimonia non favore sententiae Banez, nec militare contra tertiam conclusionem, sed solum statum querant: ubi enim Sanctus Thomas solum docere intendit, quod per penitentiam recipit quidem penitens respectu praecedentium meritorum caritatem & gaudium, ac juxta ad premium essentiale, juxta tamen quantitatem contritionis, seu caritatis qua convertitur (sicut patet ex illis verbis: Ille qui per penitentiam resurgit in minori caritate, consequitur premium essentiale, secundum quantitatem caritatis in qua invenitur): nihilominus, quia tale jus ad premium essentiale, & talis gratia potest esse minor, quam illa quae fuit ante peccatum, & defectum dispositionis & contritionis per quam resurgit, quae intendam valde remissa est; ideo pro illo exellu, & pro illis meritis non perfecte per penitentiam reviviscunt, solum recipit premium aliquod accidentale, nimirum gaudium majus de operibus in prima caritate factis; nisi per subsequentes actus contritionis & caritatis se sufficienter disponat, ut totum jus quod ante habebat ad premium essentiale respectu praecedentium meritorum acquirat.

Obijces quarto: Gratia etiam in esse gratiae, & jus ad gloriam, non habent nisi secundum quantitatem praesentis dispositionis: Ergo quando dispositio sive contritio est solum ut quatuor, praeter quatuor gradus gratiae & juris ad gloriam, ei correspondentes, nihil de gratia, etiam in esse gratiae, nec de jure ad gloriam, praecedentibus meritis correspondente, recuperatur.

Respondeo, concessio Antecedente, negando consequentiam: nam actus contritionis per quam penitens resurgit a peccato, non solum est dispositio physica ad gratiam quae ei correspondet, sed etiam dispositio moralis ad eam quae correspondet praecedentibus meritis, in quantum scilicet Deus accipit eam dispositionem, sive subiectum ipsa affectum, ad illam; quare dummodo penitens habens illam contritionem, non recipit praeter quatuor gradus gratiae in esse physico ei correspondentes, nisi quatuor alios gradus gratiae in esse gratiae, correspondentes praecedentibus meritis, sufficienter salvatur quod gratia, etiam in esse gratiae, & jus ad gloriam, non habentur, nisi juxta quantitatem praesentis dispositionis.

Obijces quinto, omnia quae meruit Christus merito pluribus titulis, & ex Tridentino sess. 6. cap. 16. eadem gloria datur iustis, & ex haereditas & ut premium: Ergo idem dici poterit de gloria qua debetur meritis & bonis operibus per penitentiam reviviscuntibus, nimirum quod eadem pluribus titulis concedatur.

Respondeo, concessio Antecedente, negando consequentiam & paritatem: Ratio discriminis est, cum quodlibet opus meritorium Christi esset insignitum in ratione meriti, nihil relinquitur quod per subsequentes opus passeret de novo mereri; atque adeo debetur nobis haereditas, quam Deus tamen non vult nobis conferre nisi propter meritum, quia talis modus eam acquireret, nobilitate est, & nobis gloriosior; nam ut eleganter Calliodorus ait: Parvam talis habet virtutem coronam, quae ex labore dum ascendit, postquam tamen habere palmam, sed non habet gloriam, &c. Unde non est inconveniens, quod duplici titulo diversitatis eadem gloria contentatur: at vero tituli de quibus in objectione fit mentio, non sunt diversi, sed ejusdem rationis.

§. IV.

Solvuntur objectiones contra quartam conclusionem.

Obijces primo contra quartam conclusionem: Remoto impedimento sequitur effectus sicut ante, si non fuisset impedimentum, quia causa prohibens nihil aufert de vi & efficacia rei quam impedit, sicut columna lapideam detinetur ne deorsum tendat, nihil aufert de gravitate illius: Sed peccatum mortale per quod mortificatur. Genes. Tom. V.

ficata sunt opera praecedentia, est solum impedimentum oblatum ne opera illa reviviscant, & ne merita antiqua redeant: Ergo illo praesentium contritionis quantumvis remissum, sublato, omnia merita antiqua redeant, & opera per peccatum mortificata, secundum omnem gradum meriti quem antea habebant, reviviscunt. Unde Divus Thomas in 4. dist. 14. quaest. 2. artic. 3. quaestione. 4. sic ait: Opera ex caritate facta, cum transeant actu, manent tamen quantum ad meritum in divina acceptatione: per peccatum autem ad illis operibus nihil demitur: & ideo remota illa dispositione a peccatore per penitentiam, opera illa praecedentia effectum suum in ipso hereditate habere incipiunt, & secundum hoc vivificari dicuntur.

Respondeo negando Minorem; peccatum enim non se habet solum ut impedimentum respectu meritorum praecedentium, eo modo quo columna lapideam detinetur ne deorsum tendat, verum etiam ut destructivum dispositionis & conditionis ex parte subiecti requirit, ut merita illa suum effectum sortiantur: unde penitentia subiectis non se habet solum ut removens prohibens, sed simul etiam est dispositio mensurans quantitatem meriti, in quo resurgunt opera sanctificata; sicut calor non solum remouet duritiem qua impeditur aqua, frigus congelata, ne fluat, sed etiam aquam disponit, ut in toto resolvatur vel in parte. Et quamvis daretur quod penitentia se haberet solum ut removens prohibens, non tamen propterea per quamcumque penitentiam, & actus contritionis remissos, redirent omnia merita praecedentia, & omnia antiqua gratia restitueretur; quia causa removens prohibens, non unico & indivisibili modo semper illud remouet, sed aliquando plus, aliquando minus, licet aperiens ostium, potest plus, vel minus aperire, & sic plura vel pauciora admittere; vel sicut ventus aliquando plus, aliquando minus remouet nubes, & sic plus vel minus Solis restituit. Quo exemplo utitur Divus Thomas in 4. dist. 14. quaest. 2. artic. 2. ubi inquit quod si quis veniens auferens nubem, nobis Solem restituit; ita penitentia tamquam removens prohibens, gratiam gratum facientem & omnes virtutes, nobis restituit. Unde quando ibidem artic. 4. docet, remota indispotione a peccatore per penitentiam, opera praecedentia ex caritate facta vivificari, solum vult opera illa per penitentiam reviviscere; non tamen quantum ad omnem gradum meriti quem antea habebant, sed juxta mensuram & intentionem contritionis, per quam penitens resurgit, & sic ad meritorum reviviscendum disposuit.

Dices: Si per actum contritionis quem penitens elicet, non tantum remouet prohibens, sed etiam ad meritorum reviviscendum se disponet, cum hoc non haberet actus contritionis ex natura rei, sed quantum ad divinam acceptationem: Deus autem illam licet minus intentionem possit acceptare non minus ad totam gratiam & gloriam correspondentes praecedentibus meritis, quam praecise ad partem earum ipsi proportionatam, debet assignari fundamentum adferentem quod potius acceptatur ad partem illi correspondentem, quam ad totam: verbi gratia si sit intensa contritio solum ut duo, & merita mortificata fuerint intensa ut octo, cur potius acceptetur illi contritio ad gratiam & gloriam ut duo, quam ad gratiam & gloriam ut octo. Sed nullum est assignabile tale fundamentum: Ergo, &c.

Respondeo, concessio Majori, negando Minorem, plures enim rationes seu congruentiae assignari possunt, cur potius acceptetur illa contritio ad gratiam & gloriam ut duo, quam ut octo. Prima est, ut in reviviscencia meritorum non sit splendens divina misericordia, qui deus detur exigens, ut non per qualemcumque penitentiam, licet veram, peccator restituar in primum gradum gratiae & gloriae, sed solum per eam quae ipsi proportionatur. Secunda, ne detur occasio tepiditatis & facilitatis ad peccandum hominibus iustis, videndo ita iactantem esse per penitentiam praecedentium meritorum reviviscendum, quoad totum premium essentiale. Tertia, ut iustitiam per hoc inducantur ad elicendum ferventiores actus contritionis & caritatis, quibus opera mortificata magis reviviscant, quousque in integrum restituantur quoad omne meritum. Certe Adversariorum opinio dum nimia sua benignitate peccatores penitentes consolatur, multum videtur inmiscere tepiditatis & facilitatis ad peccandum iustis, utpote qui non tanto peccatum torquedabunt, si exultant postmodum qualemcumque penitentiam, quantumvis remissam, omnes pristinae gratiae & gloriae gradus se statim recuperaturos.

Obijces secundo: Si merita per peccatum mortificata, reviviscant per penitentiam, solum juxta mensuram contritionis, per quam penitens resurgit, sequitur hominem qui a gratia ut octo decidit, & postea per contritionem ut duo resurgit, non majorem fructum consequi, quam illum qui a gratia ut duo decidit, & per aequalem postea contritionem resurgit: Sed hoc videtur absurdum.

dum & injustum: æquum enim est, ut qui plura & majora habuit merita, majorem illorum partem recuperet per penitentiam, quam qui pauciora habuit & minorā: Ergo, &c.

51 Respondeo, concessa Majori, negando Minorem; & ad ejus probationem dico, quod ille qui plura & majora habuit merita, majorem eorum partem recuperare debet per penitentiam, quam qui pauciora vel minora habuit; si ad hoc sufficienter se disponat; scilicet, si dispositio nem sufficientem non ponat: nam, ut supra ostensum est, gratia tantum in esse physico, quam in esse morali, datur a Deo iuxta mensuram dispositionis subiecti, & contritionis per quam penitens a peccato refurgit. Unde qui plura vel majora habuit merita, eatenus alteri qui pauciora vel minora habuit preferendus est, quatenus si melius se disponat, plura etiam illius merita reviviscunt, & major ei gratia in esse gratie conferatur, quam alteri, qui pauciora vel minora merita habuit.

52 Dices, ex hac doctrina duo sequi videntur inconvenientia: Primum est, quod penitens qui non habet tantam contritionem, quanta fuissent merita ejus precedentia, si statim post actam penitentiam moreretur, perpetuo puniretur, propter peccatum præteritum, atque adeo etiam tunc cum in celo esset beatus; semper enim propter peccatum materet privatus eo gradu glorie quem aliquando habuisset: Secundum est, quod Deus non tribuendo totum præmium correspondens precedentibus meritis, videretur eo ipso illorum oblivisci, saltem quoad partem, contra illud Apostoli ad Hebræos 6. Non enim injustus est Deus, si obliviscatur operi vestri.

53 Respondeo neutrum ex his duobus inconvenientibus sequi ex nostra doctrina: non quidem primum, quia privatio illa juris ad aliquem gradum glorie essentialis quem homo meruit ante peccatum, non est proprie poena peccati, præteriti, quasi Deus adhuc intendat per illam punire peccatum per penitentiam deletum, sed est tantum defectus consequens ex alio defectu, videlicet insufficientis dispositionis. Neque etiam secundum; quod enim meritis precedentibus non tribuat Deus totum præmium, præcisè ob defectum sufficientis ad hoc dispositionis, non est enim oblivisci talium operum, etiam præcisè quoad partem, sed ad hoc verificandum opus esset, quod penitens sufficienter ad hoc dispositio, ipsam tamen demereret.

54 Obijcis tertio: Tridentinum sess. 6. can. 32. dixit ait, iustificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & ipsius Christi meritum, cuius vivum membrum est, factum, vere mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vite æternæ, sicut etiam gloriæ augmentum. Et cap. 16. dicit, nihil amplius deesse iustis, postquam tribus illis; quoniam vitam æternam promeruisse censentur, suo tempore, si in gratia deciderint, & augmentum gratiæ & gloriæ, si homo in gratia deciderint, consequuntur.

55 Respondent aliqui, Tridentinum his locis non loqui de reviviscencia meritorum, sed intendere solum damnare Lutherum, & alios hæreticos, qui putant non sufficere homini ad merendum, quod sit iustus, quod sit vivum Christi membrum, quodque operetur in Deo, ut solent iusti operari; sed existimant ut homo mereatur, fore necessarium, ut non esset Deo debitor, & ut ejus opera adherent operum Christi paritate.

56 Melius tamen respondetur, dato quod ibi loquatur Concilium de reviviscencia meritorum, hoc solum intendere, quod omnia bona opera in caritate facta, & per peccatum mortificata, per penitentiam reviviscunt, & in quovis decedente in gratia, aliquam partem vite æternæ consequuntur; quomodo autem fiat talis reviviscencia, & a quibus conditionibus vel dispositionibus dependeat, & a bona illa opera, per quæcumque penitentiam, quantumvis remissam, totaliter & quoad omnem gradum meriti, vel solum iuxta mensuram præsentis contritionis sive dispositionis per quam penitens refurgit, reviviscant, nihil docere aut definire Concilium, sed ad relinquere disputationi Theologorum. Primum cum dicat, gratiam dari unicuique iuxta ejus dispositionem, non obdat videri innuere, merita per peccatum mortificata, reviviscere solum iuxta mensuram contritionis & dispositionis, per quam penitens refurgit, ut in quarta conclusionis dicimus.

S. V.

Solvatur hæc insinuat contra ultimam conclusionem.

57 Contra ultimam conclusionem, in qua diximus, meritis remissis, seu remissè vivificatis, non dari augmentum gratiæ in esse physico in hac vita, sed in alia, nempe in instanti separationis animæ a corpore, in quo anima in actum ferventissimum caritatis prorumpit; obji-

ciunt Adversarii, quod asserimus vel supponimus rem valde dubiam & incertam: unde enim constat animam separari prorsus in actum ferventem omnibus remissis quos habuit in hac vita; verbi gratia, si aliquis exercuit mille actus meritorios remissos, & alius centum, unde constat quod anima separata unius elicit actum intentionem ut mille, & alia actum intentionem solum ut centum?

Addunt, posse aliquando contingere, quod aliqui qui 58 habuit plures actus remissos in hac vita, quando moritur, exeant in purgatorum, vel per martyrium, vel per sacramenta, quod in ipso instanti separationis videtur Deum, in quo casu (inquunt) actus ferventissimus caritatis quem in primo instanti glorificationis elicit, non potest esse dispositio ad augmentum gloriæ; quia cum talis actus non regulatur per fidem, que in patria non remanet, sed per visum beatam prius intelligitur lumen gloriæ, seu visio beatifica in subiecto, quam talis actus caritatis involuntate, & aliunde visio illa semel data, eam sit immutabilis, & æternitate participata mensuratur, non potest amplius augeri.

Ad primum respondeo, id quod asserimus vel supponimus, non esse incertum & dubium, sed probabiliter simis nisi principis & conjunctis; nam ex una parte certum est, animam separari, præsertim in gloria, multo perfectior & intensior operari, quam dum est in corpore, retardante illam in suis actibus: Corpus hæc quod corrumpitur, aggravat animam, ut dicitur Sapientia, 9. Ex alia vero etiam constat, quod Deus qui merita remissa, seu remissè vivificata, acceptavit, eisque præmium debitum reddere statuit, consequenter debet dare omnia que ad talem meritum præmiationem sunt necessaria: unde cum sit valde consonum rationi, quod forme recipiantur iuxta dispositionem subiecti, etiam conveniens est, quod Deus de dispositionem illam requisitam ad augmentum gratiæ in esse physico, ne merita illa tali premio defraudentur: Sed talis dispositio in hac vita haberi nequit, quia, ut supra in probatione ultime conclusionis dicebamus, quando homo prorumpit in hac vita in actum ferventem contritionis vel caritatis, talis actus non solum est dispositio, sed etiam meritorium augmenti gratiæ, & accipit gratiam si bi correspondentem: Operetur ergo quod ferventior actus qui requiritur, ut merita remissa, aut remissè vivificata, assequantur augmentum gratiæ in esse physico & qui sit tantum dispositio ad ipsum, non vero meritorium illius, datur in dia vita, in qua cessat omne meritum, subindeque elicitur vel in instanti separationis animæ a corpore, vel in primo instanti glorificationis. Unde

Ad secundam instantiam dicendum est, quod licet actus caritatis quem homo in instanti glorificationis elicit, & per quem ad recipiendum augmentum gratiæ & gloriæ, meritis remissis aut remissè vivificatis debet, physico se disponit, non regulatur per fidem, sed per visum beatam, nihilominus potest eam in genere causæ dispositivæ præcedere, subindeque ad augmentum huiusmodi gloriæ disponere: sicut quilibet dispositio ultima præcedit formam in genere causæ dispositivæ, & nihilominus ab illa procedit, ac in genere causæ formalis & efficientis dependet: calor enim, qui est dispositio ad formam ignis, est effectus profusus forma ignis, inquit Sanctus Thomas supra quæst. 7. artic. 13. ad 2. & organizationis corporis est dispositio ad receptionem animæ, & tamen corpus non habet esse organicum, nisi ab anima, ut docet idem Sanctus Doctor, 1. part. quæst. 76. artic. 5. ad 1. Est aliud exemplum magis ad rem, in anima Christi, que in primo instanti creationis actum intensissimum caritatis elicit, quo ad gratiam habitalem & ad gloriam se disposuit, & tamen ille actus processit a visione beatifica, qua anima Christi a primo instanti conceptionis gaudebat, vel a scientia intuitiva, que ad visionem congluitur, tanguntur a regulantur unde talis actus in diverto genere causæ fuit, prior & posterior visionem beatificam: illam enim processit in genere causæ dispositivæ, & fuit posterior in genere causæ efficientis, vel regulantis; nullum ergo est inconveniens, quod actus caritatis quem anima in primo instanti glorificationis elicit, sequatur ad visionem beatificam regulativè, vel effectivè, & eam præcedat dispositivè.

Ex dictis inferes, quod non solum augmentum gratiæ, quod homo iustus per actus caritatis promeretur, sed etiam gratia perdit, quam absque meritis penitens ante peccatum fuerat consecutus per primam contritionem, restituitur per penitentiam, iuxta mensuram contritionis per quam homo refurgit; quia etiam illa gratia datur dependens a dispositione subiecti, & iuxta quantitatem ipsius. Idem dicendum de gratia sacramentali, ante peccatum recepta, & amissa ratione illius, ut pote quæ licet conferatur a principio ex opere operato; si tamen amittatur, non recuperatur, nisi ex opere operantis.

Quærant

deinde de absolute Sacerdotali, que est altera pars Sacramenti Penitentia, & genus vicem formæ, fuisse deferemus, ac celebres que de illa agitantur quæstiones, breviter ac dilucide resolvemus.

DISPUTATIO VII.

De Contritione.

Ad quinque primas quæstiones Supplementi.

Cum Divus Thomas morte præventus non poterit de partibus penitentia in particulari, nec de tribus ultimis Sacramentis, Extrema Unctione, Ordine, & Matrimonio scribere, ejus Discipuli, ad complementum hujus tertie partis, & totius Summæ Theologiæ ejusdem Doctoris Angelici, ex scriptis ejus in quantum librum sententiarum, quæstiones que deant, in unum opus collegerunt, quod supplementum Summæ appellaverunt, in quo primo agitur de contritione, que est prima pars Sacramenti Penitentia, de qua etiam in hac disputatione nobis erit agendum.

ARTICULUS I.

An in dolore de peccato, vel in ejus odio, aut in utroque simul, consistat essentialiter ratio contritionis?

S. I.

Quibusdam præmissis referuntur sententia, & verior seu probabilior eligitur.

Suppono primo ex D. Thoma hic quæst. 1. art. 1. hoc no- 1 men contritio, derivari a verbo contrere, quod significat rem duram in minutissimas partes dividere seu reducere: nam quia peccatum cor & voluntatem hominis obdurat, actus ille quo hæc duritia tollitur, & peccatum deletur, merito a Theologis contritio appellatur, itaque Guillelmus Parisiensis penitentiam a qua oritur contritio, sic describit: Penitentia est cordis contractio, & comminatio, ac veteris hominis in pulverem redactio.

Suppono secundo ex eodem S. Doctore ibidem, varias 2 tradi solere contritionis definitiones, seu descriptiones. Primo dicitur dolor pro peccatis assumptis, cum proposito compensandi & satisfaciendi. Secundo, dolor voluntarius pro peccato, puniens quod dolere se commisit. Tertio ab Iliodoro sic describitur: Contritio est compunctio & humilitas mentis cum lacrymis, veniens de recollectione peccati, & in timore iudicii. Quarta definitio que est Augustini sic habet: Contritio est dolor remittens peccatum. Quinta que est Gregorii Magni, talis est: Contritio est humilitas spiritus, annihilation peccatum, inter spem & timorem. Demum contritio a Concilio Tridentino, sess. 14. cap. 4. definitur animi dolor ac despectus de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero, in qua definitio tres recentior actus, ad contritionem perfectam concurrentes, nimirum dolor de peccato; ejus odium seu despectus, & propositum amplius non peccandi.

Suppono tertio, ex his tribus actibus, ultimum non 3 esse de essentia contritionis: utpote cum sit actus ab ea distinctus, & contingere possit, quod aliquis dolens de peccato propter Deum summe dilectum, iustificetur sine tali proposito explicito; quia nimirum non cogitat de vita futura, sed tantum de divinis bonitate, & gravitate offensæ in Deum commissæ: Faceret tamen tale propositum esse propriam passionem actus contritionis, cum ex eo quod quis de peccato doleat, ipsumque desitetur, sequatur ex natura rei, quod velit amplius non peccare. Restat ergo difficultas solum de aliis duobus actibus, nimirum de odio peccati, & de dolore sive tristitia de ejus commissione, in quoniam scilicet ex illis ratio contritionis essentialiter consistat?

Prima sententia, que est Cajetani tom. 1. opus. tract. 4. 4 quæst. 1. docet quod illa consistit essentialiter in actu odii de peccato, quod dolor se habet tantum ut propria ejus passio. Secunda quam tenet Suarez quæst. 85. disput. 4. sect. 1. asserit illam esse essentialiter desolationem peccati, quam vult esse actum distinctum tam ab odio quam a dolore peccati. Tertia vero existimat, illam tam in actu odii de peccato, quam in actu doloris consistere essentialiter. Ita Aegydius Comink in tract. de penit. disp. 1. dab. 2. Pro resolutione

Dico primo: Contritio non consistit essentialiter in aggregato actu odii seu desolationis peccati, ac doloris de ipso, quamvis utrumque necessarium includat.

Probatur prima pars: Actus primarius cuiuscumque virtutis specialis debet esse unus tantum, & non aggregatum ex pluribus; cum enim debeat immediate ab illa elici, & per ordinem ad ipsum talis virtus specificetur, debet necessario

R 3

Quærant hic aliqui, utrum merita mortificata reviviscant per penitentiam ex iustitia, vel ex misericordia?

Respondeo breviter ea reviviscere partim ex misericordia, & partim ex iustitia: Est enim magna Dei misericordia quod Deus propter peccatum mortale hominem non privet in perpetuum jure per merita precedentia acquisita, & non moraliter abolet merita, sicut in justificatione non solum physice, sed etiam moraliter abolet peccata, & eorum amplius non recordatur in ordine ad culpam vel ad penam æternam, ut disputationes precedenti visum est. Est etiam insignis Dei misericordia, quod Deus hominem lapsum in mortale, excitet ad penitentiam & contritionem, per quam removetur obex peccati, & ad reviviscendum meritorum disponitur. Item misericordia est, quod Deus homini penitentem conferat gratiam, quæ est causa formalis remotionis impedimenti peccati; gratis enim & misericorditer a Deo justificamur, quia nihil eorum que justificationem præcedunt, sive fides, sive opera, ipsam justificationem gratiam promerentur, ut ait Tridentinum sess. 6. cap. 8. Suppositis autem istis misericordiis, iustitia quodammodo est quod merita reviviscant & fortiantur effectum suum, postea conditione a Deo requisita pro mercede reddenda ejusmodi bonis operibus. Propter quod Paulus ad Hebræos 6. ait: Non enim est injustus Deus, ut obliviscatur operi vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius. Dixi iustitia quodammodo, quia sicut iustitia qua Deus bona opera iustorum remunerat, fundatur magis in promissione & fidelitate Dei, quam in ipsis operibus; ita & illa qua precedentia merita per peccatum mortificata restituit, & ad præmium vite æternæ acceptat, fundatur in Dei fidelitate & lego qua misericorditer statuit non punire hominem irreparabiliter meritorum amissione. Observat etiam Deus in reviviscencia meritorum hanc iustitiam, ut non per qualemcumque penitentiam, licet veram, peccatore in præteritum gradum gratiæ & gloriæ restituat, sed solum per eam que ipsi proportionatur, ut §. 4. in responsione ad primam objectionem annotavimus. In reviviscencia ergo meritorum non sic splendat divina misericordia, quin etiam in ea detur aliquis splendore divini iustitiæ: videlicet enim vis Domini misericordia & veritas, ut dicitur Psalm. 24.

Circa quæstionem nonagesimam, nihil occurrit dicen- 5 dum, supra enim disputatione 1. ostendimus contritionem, confessionem, & satisfactionem, esse penitentia partes, idque passim docent Concilia, & SS. Patres: Tridentinum enim sess. 14. can. 4. sic ait: Si quis negaverit ad integrum & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in penitentie, quasi materiam sacramentis penitentia, videlicet contritionem, confessionem, & satisfactionem, qua tres penitentia partes dicuntur, &c. anathema sit. Eadem partes enumerat Florentinum in Decreto Eugenii: Prima est (inquit) cordis contritio, ad quam pertinet ut penitens detestetur de peccato commisso cum proposito non peccandi de cetero. Secunda est oris confessio, ad quam pertinet ut peccator omnia peccata quorum memoriam habet, suo sacerdoti confessus integritate: Tertia est satisfactio pro peccatis secundum arbitrium sacerdotis, qui quidem præcipue fit per orationem, jejunijs, & elemosinas. Earum etiam meminit Chrysostomus in Sermone de Penitentia, ubi sic habet: Postquam penitentia cogit peccatore omnia liberare ferre; in corde ejus contritio; in ore confessio, in opere tota humilitas, ut quibus modis Deum offendimus (corde, ore, & opere) istidem reconciliemur Deo; ad opere quidem per contritionem; ore per confessionem, ad opere per satisfactionem. Gregorius item lib. 6. in 1. Regum cap. 15. fictam Saulis contentus peccatum quidem; sed honorari desiderantis, penitentiam reprehendens: Quis prodest (inquit) confiteri flagitia, si confessiois vicem non sequitur afflictio penitentia? Trin quoque in unquoque consideranda sunt veraciter penitentie: videlicet conversio mentis (qualis est contritio) confessio oris, & vindicta peccati (sive satisfactio) nempe cum dolore vivitur, digna afflictionis austeritate, quod loquendo confitetur, ut inferius addit. Quidpiam porro tale in Magdalene populenta notari potest: in lacrymis nimirum contritio, in oculis confessio, in unguenti effusione satisfactio, ut innuit Chrysostomus ferm. 93. Demum tres illas penitentia partes, tribus attributis Divinarum Personarum ad aptari posse, docet D. Thomas in supplemento quæst. 7. artic. 3. ad 3. & solus Albertus Magnus in 4. sentent. dist. 16. artic. 13. his verbis: Penitentia in tribus partibus suis configuratur Trinitati increatae, compunctio enim sive contritio, quæ ex modica poena commutatur æterna tormenta, tota innititur bonitati, quæ attribuitur Spiritui Sancto; Confessio autem, quæ legitima est & prudens computatio peccatorum ut astimetur ad penitentiam, respondet sapientiæ, quæ attribuitur Filio; & satisfactio, quæ secundum vires amplectitur injuncta, fulcitur potentia, quæ Patri appropriatur.

De his tribus penitentia partibus singillatim nobis incumbit agendum, tribus sequentibus disputationibus; Theol. Concl. Tom. V.